



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 15. Franciæ Legati in quadam Congregatione excepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Franciæ Legati in quadam Congregatione excepti.

Die vigesima sexta Maij Synodi Præfides congregationem indicebant, in qua reciperentur Franciæ Legati, qui etiam ibidem suas demandatæ potestatis literas exhibebant, his verbis conceptas:

„Carolus Dei gratia Francorum Rex,
 „Sanctissimis, & Reverendissimis Patri-
 „bus Concilii Tridentini Salutem. Exi-
 „stimamus vos omnes satis intellexisse,
 „quanto studio, & diligentia Rex Chri-
 „stianissimus, frater, & Dominus no-
 „ster egerit de Concilio generali, &
 „Oecumenico convocando, apud San-
 „ctissimum nostrum Papam, dilectos
 „fratres, & consobrinos, Imperatorem,
 „Regem Hispaniarum Catholicum, &
 „alios Principes: nostis etiam, qua
 „diligentia, & eo, qui decet Principem
 „Christianissimum, in Deum, & ejus
 „Sanctam Ecclesiam Zelo, nos, postea-
 „quam regiam coronam sumus adepti,
 „rem a defuncto fratre, & Domino
 „nostro, adeo egregie, & magna cum
 „laude cœptam, fuimus profecuti, ma-
 „gno, & gravi dolore affecti, quod
 „propter motus, & divisiones, quæ
 „sunt propter Religionem in Regno
 „nostro, non potuerimus ejus Prælatos,

*Pallav. l. 10.
cap. 11. n. 1.
Mem. pour
le Conc. de
Trente
pag. 189.
Labh. Cons.
p. 1173.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„nostrosque Oratores, quos se itineri
 „accingere primo quoque tempore opta-
 „bamus, maturius mittere: cuius ces-
 „sationis causam vos pro prudentia
 „vestra magis imputabitis temporum ca-
 „lamitati (neque enim adhuc sedati sunt
 „tumultus) quam nostræ voluntati,
 „quæ, etsi adhuc ætate minores simus,
 „erit tamen tanquam Ecclesiæ filii Pri-
 „mogeniti in Religionem semper pro-
 „pensa, & eam in Ecclesiam Christia-
 „nam bene affectam reipsa omnes intel-
 „ligent: misimus interea aliquot nostri
 „Regni Episcopos, delegimusque Ora-
 „torem dilectum, & fidelem, a secre-
 „toribus nostris consiliarium, summi
 „Ordinis nostri equitem, & unum ex
 „his, qui ad latus nostrum assidue esse
 „solent, dominum de Lansaco, & cum
 „illo dilectos, & fideles Consiliarios
 „nostros, Magistros Renaldum Ferre-
 „rium, præsidem in Parlamento Pari-
 „sienfi, & Guidonem Fabrum iudicem
 „majorem Tholosæ, quibus dedimus
 „potestatem in Concilio pro nobis si-
 „stendi, eundemque in eo gradum, &
 „Ordinem tenendi, quem hucusque
 „Regum Christianissimorum Majorum
 „nostrorum Oratores tenuerunt, ac con-
 „iunctim, vel separatim in eo Concilio
 „requirendi nostro, populique nostri no-
 „mine quascunque reformationes, Con-
 stitutio-

stitutiones, & decreta, secundum pu-
 ram doctrinam, & ea, quæ non solum
 pertinent ad Ecclesiæ Gallicanæ, sed
 Ecclesiæ Universalis utilitatem, Se-
 ctarum, & controversiarum, quæ sunt
 hodie in Religione, conciliationem,
 exaltationem, & propagationem no-
 minis Dei, & in universam Salutem
 Reipublicæ Christianæ, necnon ad mu-
 nus, & officium oratorum, juxta man-
 data, quæ illis dedimus. Et quoniam il-
 lorum fidem, & industriam perspectam,
 & cognitam habemus, rogamus, vos
 Sanctissimi Patres, ut æquo animo
 eos admittatis, attenteque, quod illi
 vobis nostro nomine exponent, au-
 diatis, eandemque illis, quam nobis,
 si istic essemus, fidem detis: Deus vos
 Sanctissimi Patres, pro sua gratia, &
 præsidio tueatur. Datæ Parisiis duo-
 decima Aprilis, Anno millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo secundo.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

§. XVI.

Pibraci oratio ad Synodi Patres.

Perlectis hisce literis Pibracus nomine
 Regis Patres his verbis alloqueba-
 tur. *Rex noster nulla in re magis unquam
 putavit sibi esse elaborandum, nihilque vehe-
 mentius contendit, quam ut opportuno loco,
 & libero, neque conventuris infido, justa
 quæ-*

Labb. l. c.
 Mem. pag.
 192.
 Pallav. n. 31
 Et 4.
 Thu. l. 32.